

www.e-rara.ch

De Perfectione Christiana

Tyszkiewicz, Jerzy

Coloniae Agrippinae, Anno M. D. XXVI [d.h. 1626]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rw 116

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-58152>

Caput XXI. An perfectio sit de necessitate salutis, seu necessaria unicuique ad consequendam salutem.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

futuram, quæ non solum tenebras nostras illuminatura sit, vt clarius virtutes huius Sancti Patris Nostri cognoscamus, sed & inflamatura, vt eas non segniter imitemur.

C A P V T XXI.

An Perfectio sit de necessitate salutis, seu necessaria vnicuiq; ad consequendam salutem.

PRæmittendum perfectionem sumi posse: vno modo præcisè, secundum rationem Charitatis Theologicæ, quam includit: altero absolutè, secundum integram suam rationem & essentiam: & hic modus proprius est ipsam accipiendi.

Item dupliciter perfectio potest esse necessaria, vel necessitate medijs, vel necessitate præcepti. Illud dicitur necessarium necessitate medijs, sine cuius scilicet causalitate & influxu, non potest esse supernaturalis salus, id est sanctitas, vnde

unde etiam si ab homine ob ignorantiam inuincibilem omitteretur, impediretur tamen in illo consecutio salutis, quia ignorantia quæ à peccato excusare potest, causalitatem tamen medij supplere non potest. Illud verò dicitur necessarium necessitate præcepti, quod ex præcepto necessarium est, ex quo oritur obligatio, ut res præcepta non possit omitti voluntariè sine peccato, ac proinde ex præcepto est necessaria ad impediendum peccatum contrarium, cum quo sanctitas permanere non potest.

Deniq; dupliciter adhuc perfectio potest asseri necessaria: vno modo in facto esse, seu re ipsa: alio modo in fieri, in desiderio, & cura: scilicet, ut curet quis eam, ut tendat ad eam. His positis:

Respondeo 1. Perfectio sumpta præcisè, secundum solam rationem Charitatis Theologicæ, in facto esse, est necessaria omnibus hominibus ad salutem, necessitate præcepti. Nam Charitas Theologica secundum se est necessaria omnibus ad salutem necessitate præcepti, ut patet etiam ex cap 7. & 11 & docetur à Theolog. 2.2. Certè D. Ioan. 1. ep. 6.

3. affirmat, eum manere in morte, qui non diligit.

Respondeo 2. Perfectiō absolute, & secundum integram suam rationem sumpta non est necessaria, nec in facto esse, nec in fieri, tam necessitate medijs quam præcepti, omnibus hominibus etiam Christianis, quasi omnis Christianus teneatur vel esse perfectus, vel tendere ad perfectionem, si vult salutē consequi. Colligitur hoc ex dictis, cap. 7. & ex D. Thom. 2. 2. q. 184. a. 2. imò & ex illis verbis S. Script. toties iam repetitis supra: *Si vis perfectus esse &c.* Denique quia nec ex S. Script. neq; ex SS. Patribus, vel minimum indicium haberi potest, teneri omnes Christianos ad perfectionem ex præcepto: multo minùs esse illam necessariam hominibus necessitate medijs. Quinimò multi illorum apertè docent, consilium tantū dari perfectionis Christianis à Christo Domino, illis verbis: *Estote perfecti.* Matth. 5. Et certè paucissimi omninò vitam æternam consequerentur. Denique habemus ex Decreto Ecclesiæ, non solum salutem, sed & vitam æternā aliquos

homines esse consecutos, sine perfectionis acquisitione in via, in d̄ & sine tendentia ad eam: quod signum est manifestum, non esse ipsam necessariam necessitate medij, &c.

Respondeo 3. Perfectio absolute sumpta, re ipsa est necessaria ad salutem Episcopis, ex vi talis status. Docet hoc ex SS. Patribus D. Thom. 2. 2. q. 186. a. 2.

Respondeo 4. Religiosis autem non nisi in fieri est necessaria perfectio, ut scilicet tendant ad eam, quod explicabimus seq. cap.

C A P V T XXII.

An religiosi, & maxime homines Societatis obligentur ad Perfectionem, & quomodo?

Res hæc scitu non solum digna est, sed etiam valde necessaria, siquidem obligatio non rogat eum qui obligatur, non malcet, non relinquit liberrimum respectu rei obligatæ, ut scilicet